Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



occursus eius usq; ad limites eius.
℣. Celi enarrant gloriam dei et opus
manuum eius annunciat firmamen
tum. Orem. Flectamus genua. Leuate.
Oremus. Concede quesumus omnipotens deus
ut que sub peccati iugo
ex uetusta seruitute deprimi
mur expectata uenie
nitentia tua nativitate liberemur. Per dominum.
Lectio Ysaie prophete.
Hec dicit dominus. Letabitur
deserta et inuia. et
exultabit solitudo: et flo
rebit quasi lilium. Germi
nans germinabit: et ex
ultabit letabunda et laudans. Gloria libani data
est ei: decor carmeli et sa
ron. Ipsi videbunt gloriam
domini: et decorem domini dei
nostri. Confortate manus
dissolutas: et genua debi
lia roborate. Dicite pusil
lanimis. Confortamini:
et nolite timere. Ecce enim
deus vester ultionem adducet
retributionis: deus ipse ve
niet et saluabit nos. Tunc
aperientur oculi cecorum: et au
res surdorum patebunt. Tunc
saliet sicut cervus claudus
et aperta erit lingua mutorum:
quia scisse sunt in deserto aque
et torrentes in solitudine.
Et que erat arida in stan
gnum. et sitiens in fontes
aquarum. Dixit dominus omnipotens. gra.
In sole posuit tabernaculum
suum. et ipse tanquam sponsus procedens
de thalamo suo. ℣. A summo celo
egressio eius et occursus eius usq;
ad summum eius. Orem. Flectamus genua. Leuate.
Da nobis quesumus domine
famulos tuos quos ac
cionis prime culpa contristat
unigeniti filii tui aduen
tu letificet. Qui tecum. Ysaie prophete.
Hec dicit dominus. Super
montem excelsum ascen
de tu qui euangelizas syon:
et exalta in fortitudine
uocem tuam qui euangelizas
hierusalem. Exalta: noli timere.
Dic ciuitatibus iuda: Ecce
deus vester. Ecce dominus deus in
fortitudine veniet: et bra
chium eius dominabitur. Ecce
merces eius cum eo: et opus
illius coram illo. Sicut pa
stor gregem suum pascet: in
brachio suo congregabit ag
nos: et in sinu suo leuabit
eos. Dominus deus noster. gra. Nunc
deus omnium iuuetur nos et omnes
nos gratiam tuam et salutem eternam.
℣. Exerce domine potentiam tuam et ve
nito saluos facias nos. Orem.
Flectamus genua. Leuate. Oro.